



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. De Hospitalitate seu Beneficentia & liberalitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

IX. Quemadmodum πόλις καὶ ἀνδρῶν ἐπι-
 πασα πόλις καὶ ἀνδρῶν ἐπι-
 Sic uicissim propter pau-
 rum pietatem saepe totis ciui-
 tatibus & gentibus poenitentia
 mittuntur.

X. De paucitate uera Ecclesia.

I.

**DE HOSPITALI-
 TATE.**

In Epistola ad Ebraeos cap. 13. de hoc Abrahae
 exemplo dicitur: Hospitalitatis ne sitis immemor.
 Per hanc enim quidam inscientes hospitio excep-
 runt Angelos. Est autem Hospitalitas species Beneuolentiae,
 quae peregrinos ope nostra indigentes, &
 praecipue exulantes propter studium uere religio-
 nis, amanter excipit, & omnibus officijs hospitalibus
 propter Deum iuuat.

Huius uirtutis perfectissimum exemplum
 loco in sanctissimo Patriarcha Abraham propo-
 nitur, uidet peregrinos, ijs, quanquam ignoti sumus,
 men occurrit, & omnia sua officia humiliter &
 amanter desert &c.

Itaq; etiam amplissimo premio hæc ipsius uirtus compensatur. Nam ipsum Filium Dei una cum Angelis hospitio excipit, & promissione hæreditatis et cæterorum bonorum adfluentia cumulatur.

Addantur autem ad hunc locum cætera dicta & exempla, quæ de hospitalitate præcipiunt. Matth. 10. Qui dederit potum aquæ, uni ex minimis, in nomine meo, non perdet mercedem suam. Matth. 25. Hospes eram, & excepistis me. 3. Reg. 19. Vidua Sareptana. 4. Reg. 4. Hospita Elisei.

Grauisimè hanc uirtutem etiam Ehnici celebrarunt, & coluerunt, ut hæ sententiæ ostendunt.

οδ.ξ. Ξεῖ' οὐ μοι θέμις ἐστ' οὐδ' εἰ κακίωρ σέθεν
 ἔλθοι
 ξένον ἀλιμῆσαι, πρὸς γὰρ Διὸς εἰσὶν ἅπαντα
 πρ
 ξένοι τε πῶχοί τε, δόσις ὀλίγη τε φίλη τε.
 γίγνεται ἡ μετέρη.

οδ.ιι. Ζεὺς ἐπιζυμῆτων ἱκετάων τε ξένων τε
 ξείνοισ' ὄξ' ξείνοισιν ἅμ' αἰδοῖσιν ὀπκῆαι.

Euripides in Alcestide.

Οὐ γὰρ σκυδρωτῆρ τῶς ξένοισ' εἰς πρόσωδον
 εἶναι δέχεται, δ' εὐπροσηγόρω φρενί.
 Ἴεν, ξένοισ' ἐπὶ τῶν τῶν ἴσων τε νῆπτε.

Z 4 DE